



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Sev Manuale Episcoporum Pro Decretis in
Visitatione, & Synodo, de quacumque re condendis.**

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1650

A

urn:nbn:de:hbz:466:1-9534

MANUALE EPISCOPORVM.

Abbas.

EPISCOPO tertio requisito, & renuente benedicere Abbatem, potest Abbas sine benedictione officium administrare, & ordines conferre. docet

Barbos. *de potest. Episcop. allegat. 27. numero 54.*

2 Abbatis benedictio facienda est die Dominica, vel festiua *Pontificale Rom.*

3 Abbas Monachorum non benedictus habet insignia, & priuilegia, quæ benedictus. Tambur. *de iure Abbat. to. 1. disp. 11. quest. 13.*

4 Sedes Abbatis ne sit fixa, & permanens propè altare, vt sedes Episcop. Congreg. Rit. 29. Ianuar. 1628. cum duobus gradibus, sine suppedaneo. *ibidem.*

5 Præsente Episcopo Diocesano, sedebit Abbas in loco suæ iurisdictionis, vel apud Episcopum in sede Camerali absque ornatu, & sine gradu; vel in conspectu Episcopi ex alia parte, in loco inferiori cum vno paruo gradu non excedente dimidium palmi. Eadem 18. Martii. 1617.*

6 Baldachinum Abbatis sine auro sit, & ter in anno ad summum adhiberi potest. Eadem 28. Ian. 1606. 18. Martii 1617. 29. Ian. 1628.*

Quibus Abbatibus concessum sit. *Vi- de Baldachinum.*

7 Mitra vna tantum Abbati celebranti conceditur. Congregat. Rituum 29. Ianuar. 1628.

8 Baculus Abbatis ornandus sudario ad differentiam Episcopalis baculi. Acta Eccl. Med. *de suppell. Eccl. lib. 2. & Tambur. disp. 20. quest. 1. num. 4.*

9 Non potest extra suam Ecclesiam vti mitra, & baculo, neque ante se ea deferre. Congr. Rit. 17. Iulii 1604.

10 Potest iis vti in Ecclesiis vnitis suæ iurisdictioni. Tambur. *disp. 21. quest. 2. Barth. Ganant. Man.*

11 Missam cantare potest Abbatialem ter in anno ad summum, hoc est, cum Baldachino & sede, vt supra, in cornu Euangelii posita, ministris quinque adhibitis, & alii sex paratis: tam sex candelabris, non septem, in altari; & cum abaco paruo. Congregat. Rit. 29. Ianuar. 1628.*

12 Sedes autem predictorum sex paratorum sint extra eorum, ita vt in scabellis sedeant. eadem *ibid.*

13 Præsente Episcopo Diocesano in Ecclesia Abbatiali Abbatis secularis exempti, debet Abbas cum suis Canonicis sedere in cornu Epistolæ, vno post alium, in sede simplici sine ornamentis in loco inferiori respectu Episcopi, quatuor, vel quinque cubitis iuxta Canonicos cathedralis; & post canonicos cathedralis debet thurificari duplici ductu, & vno canonici eiusdem. Episcopo, & eius canonicis debentur omnia, vt in cathedrali, nimirum assistentia, circuli, thurificatio, benedictio incensi, & populi. Congreg. Rit. 7. Febr. 1604. *relata à Tambur. disp. 25. qu. 9.*

14 Pontificalia extra suam Ecclesiam, seu Ecclesias, non potest Abbas exercere. Tambur. *disp. 21. quest. 3. num. 10.*

15 Potest benedicere per suam Ecclesiam populo. *ibid. quest. 8. num. 5.*

16 Non coram Episcopo loci. Congreg. Rit. anno 1604. *relata à Tambur. disp. 23. quest. 1. num. 1.*

17 Neque coram Legato Sedis Apostolicæ. Tambur. *disp. 21. quest. 2. num. 5. & qu. 9. nu. 1.*

18 Non potest benedicere per vias. Idem *ibidem quest. 8. num. 1. ex Congreg. Rit. 24. August.*

19 Potest benedicere paramenta suarum Ecclesiarum *est com in vno.*

20 Non potest benedicere, in quibus sacra vnctio adhibetur; decisum refert Suar. *d. relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. capit. 30. num. 2.*

- 21 Cum priuilegio potest, & hoc habent Cassinenses. decisum refert Tambur. *disp. 23. qu. 1. nu. 5.*
- 22 Docet idem de priuilegio, quoad alios. *ibid. qu. 2.*
- 23 Non potest altaria benedicere. Idem *ibid. quest. 4.*
- 24 Habent priuilegium Cassinenses. Idem *ibid.*
- 25 Non potest Ecclesias consecrare. Idem *ibid. quest. 7.* & ignorat adesse priuilegium.
- 26 Potest solemniter easdem benedicere, ex priuilegio, quod docet haberi. Idem *ibid. quest. 9.*
- 27 Potest pollutam Ecclesiam, aqua sacra per Episcopum, reconciliare: qui, si distet ultra duas dietas, aqua per ipsummet Abbates benedicta; & docet de priuilegio, Idem *ibid. quest. 10.*
- 28 Potest campanas benedicere, ex priuilegio iam concessio. Idem *ibid. quest. 12.* & primum lapidem ponere. Idem *disp. 21. quest. 9.*
- 29 Prædicta non potest ad usum aliarum Ecclesiarum. Riccius *in praxi fori Eccl. decis. 539.*
- 30 Neque paramenta non suarum Ecclesiarum. Cong. Rit. 24. *August. 1629. 30. Septemb. 1628.* abrogataque fuit quælibet consuetudo contraria allegata à Tamburino *disp. 22. quest. 2. num. 2.* Decreto proprio, Cong. Rit. 18. *Aug. 1629.*
- 31 Non potest conferre ordines minores, neque primam Tonsuram non sibi subditis. Trid. *sess. 23. cap. 10.*
- 32 Neque dare litteras Dimissoriales clericis secularibus, ut ordinentur. Idem *ibid.*
- 33 Non potest Nouitios tonsurare, sed ab Episcopum loci spectat. Tambur. *tom. 2. disp. 2. qu. 10.*
- 34 Potest conferre tonsuram, & ordines minores, etiam non sibi subditis, si ille sit benedictus, & hi à suo Episcopo, vel superiore Regulari habeant dimissorias littera speciatim concessas, & item si accedat Episcopi loci consensus. Conc. Pro. 5. *part. 3. de sacram. & decisum refert Azor. part. 1. libr. 1. capit. 20. questione 7. Quaranta V. Ordo. Bonacin. de sacram. disp. 8. quest. vn. pun. 4. numero 3.*
- 35 Non potest conferre dictos ordines, nisi in suis Monasterijs. *cap. quoniam, 69. dist.*
- 36 Male ordinati ab Abbatibus, non sunt iterum ordinandi, sed dispensandi ob suspensionem ab ordinum executione. Decisum refert Tambur. *tom. 2. disp. 2. quest. 8.*
- 37 Abbas secularis, licet habeat iurisdictionem in Canonicos, potest cogi ab Episcopo ad residentiam. Decisum refert Garcia *de benef. part. 3. capit. 2. numero 181.*
- 38 Abbas secularis omnino tenetur ire ad Synodum Diocesanam, etiam si sit exemptus. Trid. *sess. 24. cap. 2.*
- 39 Abbas Regularis, Parochia Recttor, tenetur ire ad Diocesanam Synodum. Tambur. *disp. 24. quest. 3. num. 5.* Decisum refert Franc. Leo *in Thes. fori part. 1. cap. 9. num. 13.*
- 40 Præcedit Canonicos, & dignitates, cathedralis singulariter incedentes. Tambur. *disp. 24. quest. 5. num. 3.*
- 41 Item præcedit non habentes usum Mitrae, & Commendatarios. decisum refert Leo *d. cap. 9. num. 4.*
- 42 In Synodo Diocesana sedet à latere sinistro iuxta Canonicos à latere sinistro iuxta Canonicos à latere dextro. Cærem. *Episc. lib. 1. cap. vlt.*
- 43 Potest ut Synodo Diocesana, & Prouinciali, si exemptus est, mita auri phrygiata, sine laminis aureis, vel argenteis. Tambur. *disp. 24. qu. 6. n. 1. § 3.*
- 44 Si non est exemptus, utatur simplici & plana. Idem *ibid. num. 2.* Cærem. *Episc. lib. 1. cap. vlt.*
- 45 Cum mitra pluuiiale induit coloris rubei. Cærem. *Episc. lib. 1. cap. vlt.*
- 46 Non tenetur Abbas exemptus ire ad Synodum Prouincialem, nisi de iure, vel consuetudine interesse debet; & votum habet decisuum ex Trid. *loco citat. & Cærem. Pap. lib. 1. sess. 14. cap. 3.*
- 47 In Concilio Prouinciali sedet post Episcopus Cærem. *Episc. loc. cit.*
- 48 Procuratores Abbatum habent vocem consultiuam tantum; decisum refert Leo *in Thes. pa. c. 9. n. 7.* & sedebunt post Procuratores Episcoporum. Idem *ibid.*
- 49 Habens iura Episcopalia potest dare licentiam alieno Episcopo in suo cõit i-

ctu exercendi Pontificalia. Riccius *in praxi* resol. 300.

- 50 Potest vnire beneficia, concursum facere in Parochialibus, modo elegerit Examinatores in Synodo. Idem *ref.* 361.
- 51 Et ea omnia facere, quæ sunt iurisdictionis cum suis subditis, vt Episcopus in Diocesi. Nauar. *conf.* 2. *de cland. despons. ad fin. part. 2. li. 4. edition. 2.*
- 52 Nomine Episcopi venit Abbas iurisdictionem quasi Episcopalem habens, & Vicarius eius. Suar. *de cens. disp. 7. sect. 3. num. 5. vers. praterca.* Vide *Archiepiscopus n. 32. Concilium Provinciale. n. 7. 8. 53. suspatronatus n. 6. 18. Præcedenti n. 16. 17. 18. 19. 35.*

ADDITIO.

- 1 Debet incidere in Ecclesia in habitu decenti, & non camerali. Congreg. Rit. 9. *May. 1609.*
- 2 Non debet associari ex sua domo, nec excipi, cum ad Pontificaliter celebrandum vadit: quia ceremoniale non comprehendit in hoc casu Abbates. *ead.* 11. *Decemb. 1613.*
- 3 Abbates Montis Cassini, S. Trinit. cauenfis S. Michaelis de Valuenere Vallis Umbrosæ, Generalis celestinatorum, possunt gestare mozettum, mantelletum, & birettum, clericale, & pileum more Prælatorum, ex constit. Pauli V. 9. *Decemb. 1606.*
- Item Generalis Montis Virginis. Congreg. Rit. 9. *May. 1609.*
- Item Abbas S. Andræ Vercellen. vbique, etiam præfente Episcopo, potest deferre mozettam. *ead.* 30. *Martij. 1621.*
- 4 Abbas Canon. Regular. Lateranens. potest deferre Baculum in processionibus suarum Ecclesiarum, extra easdem. in lib. priuil. eorundem. *pag. 214. ab Urbano 111.*
- 5 Possunt Abbates insignia Pontificalia deferre in Ecclesia exempta, licet priuilegium dicat: in suo Monasterio Pacian. *de probat. l. 2. cap. 28. nu. 40. quando vltus eorum fuit simpliciter cõcessus. ibid. n. 41. non autem extra Monasterium sine licentia ordinarij. ibid. num. 42.*
- 6 Omnino sine licentia ordinarij non possunt extra proprias Ecclesias vti Mi-

tra & Baculo. Congr. Rit. 17. *July. 1604. 2. Aug. 1631. vbi, neque cum licentia ordinarij. At 6. Decemb. 1631. vsum eorum concessit de licentia ordinarij. Vide Barbos. de iure Eccl. lib. 1. c. 17. n. 59.*

- 7 Negatur Abbatibus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem absolutio, & dispensatio concessa Episcopis à Concil. Trid. *sess. 24. cap. 6. decisum refert Garz. de benef. p. 7. c. 11. n. 13. & 17. cum DD. apud Barbos. de iure Eccl. l. 1. c. 17. n. 98.*
- 8 Abbati exempto collegiatæ sæcularis habenti iurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem, non licet ad pauciores numerum, etiam ex iusta causa, reducere canonicos; sed hoc spectat ad Episcopum, cum consensu tamen Capituli, si illa collegiata est insignis. *decisum refert Garz. de benef. p. 12. cap. 2. num. 75.*
- 9 Abbas commendatarius habens iurisdictionem quasi Episcopalem in suo territorio separato potest dispensare super illegimitate ad quatuor minores ordines. Cong. conc. 18. *Nov. 1628. apud Barbos. de iure Eccl. l. 1. c. 17. num. 111.*
- 10 Abbas alicuius Abbatie exemptæ non potest in ea ordines cõferre, licet sit Episcopus; secus si Abbatia est nullius, quia habet populum. *ead. 3. Aug. 1621. apud eundem ibid.*
- 11 Abbates quando plures sunt in eodem loco habentes clerum distinctum, debent in processionibus incedere, quisque cum suo clero, & in suo loco, Congreg. Rit. 19. *Jan. 1613.*
- 12 Abbas Ecclesiæ sæcularis exemptæ potest assumere suos canonicos ad sibi assistendum. *ead. 7. Febr. 1604. dum scilicet diuinis interest, & absente Episcopo.*
- 13 Non potest synodum celebrare, nisi habeat Diocesim. Cong. conc. 17. *Aug. 1626.*

Abbatissa.

- 1 DE electione Abbatissæ. Vide *V. Memorialium officiales.*
- 2 Benedici debet ab Episcopo, si intra annum à die electic. is petierit benedici, & solitum sit, eam benedici. Barbos. *de pot. Episc. allegatio 27. n. 51.*
- 3 Explicat Tambur. de non exemptis. *de iur. Abb. ro. 1. disp. 2. g. 8. n. 2.*

A 2 4Po.

- 4 Potest fieri benedictio qualibet die. Idem *ibid.* n.8.
- 5 Neque potest iterari. Idem *ibid.* nu.9.
- 6 Nec minor annis quadraginta: qua in ætate Episcopus non potest dispensare. *decisum refert Armendar. in addit. ad recomp. legum. Nauarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. num. 102.*
- 7 Quæ ad tempus eliguntur, non sunt ad tempus benedicendæ, nisi Papa concedente. *Quar. in summ. Bullar. Abbatissa circa finem.*
- 8 Non potest benedicere in signum superioritatis in loco publico, nec aquam, neque vestes, in forma Ecclesiæ. *Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 29. num. 26.*
- 9 Neque potest prædicare, & in hoc neque potest Episcopus dispensare. Idem *ibid.* num. 27.
- 10 Potest irritare vota Monialium, non potest dispensare in eis *Naldus. Votum n. 64.*

Abortus.

- 1 **Q** Vicumque, & quocumque modo abortum factus animati procurauerit, secuto effectu, homicidij pœnis puniatur. *Sixtus V. in Bulla 1588.*
- 2 Clerici beneficiis priuentur, inhabilesque sint ad beneficia, & ad ordines, ordinumque ministeria. *ibid.*
- 3 Omnes præterea sunt ipso facto excommunicati. *ibid.*
- 4 Absolutio non est seruata Papæ. *Greg. XIV. in Bulla 1591. Vide Absolutio nu. 36. Degradatio num. 13.*

Absolutio.

- 1 **P**otest Episcopus absolvere ab omnibus casibus, & censuris non seruatis Papæ. *DD. communiter apud Barbof. de potest. Episcopi allegat. 50. numer. 181.*
- 2 Et quoscumque sibi subditos, saltem ratione habitationis pro maiore anni parte. *ibid.* n. 182.
- 3 Potest Episcopus in quibuscumque casibus occultis, etiam Sedis Apostolicæ seruatis, delinquentes quoscumque sibi subditos in Diœcesi sua per seipsum, aut Vicarium ad id specialiter deputandum in foro conscientiæ absolvere *Tri-dent. sess. 24. cap. 6.*
- 4 Excipe casus Bullæ Cœnæ Domini vt patet, & alios seruatos post Concilium, vt *infra num. 15.* & *decisum refert Suar. tom. 4. disp. 30. sect. 2. nu. 12.* qui tamen de seruatis post Concilium occultis non intelligi decisionem docet, *ibid.* num. 14. & necessariam esse derogationem Concilii, vt fit in Bulla Cœnæ *ibid.*
- 5 Quæ conceduntur Episcopo *in d. cap. liceat à Trid. sess. 24. cap. 6.* negantur inferioribus, licet habeant quasi Episcopalem iurisdictionem. *decisum refert Garzia de benef. par. 7. cap. 11. nu. 13. 17.*
- 6 Negantur etiam iis Episcopis, in quorum regione non est receptum Concil. *Trid. Decisum refert Barbof. allegat. 39. num. 3.*
- 7 Conceduntur Confessatio Episcopi, si Episcopus egeat *Barbof. ibidem num. 15. Decisum refert Suar. loco cit. num. 15.*
- 8 Absolutio vero hæc sacramentalis est. *Decisum refert Garz. p. 11. cap. 10. nu. 139. in 3. declar.*
- 9 Non tamen Episcopus tenetur audire confessionem, vt à prædictis absoluat *Nauar. consil. 11. de priuileg. p. 2. lib. edit. 2.*
- 10 Controuersum est: an Episcopus possit eam committere aliis, affirmant de Vicario specialiter deputato, *Nauar. & Sanchez. limitat Henriquez* quando casus occurrit, & singillatim, alii facultatem hanc absoluendi communicabilem dicunt. dispensandi, vt *in d. cap. incommunicabilem. Vide Barbof. loco citat. num. 11.*
- 11 Occultum *in d. cap. dicitur*, quod non est notorium, licet sciatur ab aliquibus. *Barbof. num. 21. 25.*
- 12 Deductum ad forum contentiosum est illud, quod est denunciatum, seu post litis contestationem, *Barbof. numero 29.*
- 13 Non probatum in sine causa, erit occultum. Idem *ibid.* num. 32.
- 14 Forensis potest absolui in casibus *capit. liceat*, ab Episcopo, in cuius Diœcesi commoratur, non autem à suo Episcopo absente. *Decisum refert Garz. par. 11. cap. 10. num. 139. in 3. declar.*
- 15 Non potest Episcopus absolvere à censuris

- furis referuatis, incurfis propter ingrefsum in Monasterium Monialium, etiã fit occultus. decifum refert Riccius in *praxi refol. 544. nu. 5. in 2. edit.*
- 16 Potest abfoluere Epifcopus percufforem Clerici ob leuem iniuriam. Sylu. *Absolutio 4. nu. 1.*
- 17 Non ob leuem notoriam. Idem *ibid. numero 2.*
- 18 Potest Abfoluere priuilegiatos ob mediocrem iniuriam, hoc eft, fi regularis verberet regularem; in mortis articulo conftitutum; mulierem: habentem capitales inimicitias: puerum impuberem; officialem arcenem turbam cafu percutientem Clericum; valde delicatum; pauperem; egrotantem; fenem, & valetudinarium; fodales Clericos in comuni viuentes: ianitorum: feruum conditione: dubium: impeditum legitime ad iter, debilem membris. Sylu. *ibid. num. 3.*
- 19 Potest item ob enormem iniuriam abfoluere ex prædictis eos, qui habent perpetuum impedimentum. Idem *ibidem.*
- 20 Item & eos, qui temporale impedimentum habent: cum conditione tamen, vt cefante impedimento fe præfentent fedi Apoftolica. Idem *ibidem.*
- 21 Inferior Epifcopo habens quafi Epifcopalem auctoritatem non potest abfoluere, neque ob leuem iniuriam. Idem *ibid. num. 5.*
- 22 Prædictos etiam potest Epifcopus abfoluere ab excommunicatione lata ob alias caufas. Idem *ibid. n. 6. Nau. cap. 27. num. 89. in Manual.*
- 23 Etiam in cafibus Bullæ Cœnæ. Nau. *ibid. & Suar. loco cit. fecl. 3. num. 9. contra Sylu. loco cit.*
- 24 Potest Epifcopus abfoluere regularem percufforem Collegæ, ob mediocrem iniuriam excommunicatum, fi Prælatum non eft Sacerdos, vel aliter impeditus. Idem Sylu. *ibid. quint. n. 1.*
- 25 Item & eum regularem, qui percufferit clericum facularem, ex quadam equitate. Idem *ibid. num. 3. deficiente Prælato.*
- 26 Potest etiam abfoluere Moniales exēptas, etiam pro enormi. Idem *num. 4.*
- 27 Et potest etiam Abbatem, nifi iniuria fit enormis. Idem *ibidem.*
- 28 Item potest Epifcopus abfoluere eos regulares, qui fe percutiunt extra clauſtra, fecundum Hoſtien. Idem *ibid. n. 5.*
- 29 Potest Epifcopus & eum, qui vxorem habet, & filios, quos in extrema neceſſitate relictos agnoſcit, vel qui curam animarum habet cum earum periculo, ſine Vicario. Barboſ. *de poteſt. Epif. alleg. 41. nu. 8.*
- 30 Si prædicti poſſunt adire Legatum vel Nuncium habentem facultatem Pontificiam, non potest Epifcopus abfoluere. Idem *nu. 31.*
- 31 Excommunicatus in foro exteriori ob percuffionem Clerici, à Pœnitentiario Papæ, ſecretò abſolutus, ſatisfacta parte, potest haberi ab Epifcopo (ſi velit, & niſi vrgeat pars aduerſa rationabiliter) tamquam abſolutus, neque moleſtari. Nauarr. *de pœnit. & remiſſ. conf. 23. num. 4.*
- 32 Quæ ſit leuis, mediocris, enormis percuffio, vide infra. *Violenta manus in Clericum.*
- 33 Potest Epifcopus abfoluere ſubditum ſuum ab excommunicatione, etiam ſi ſint ambo, vel alter extra Diœceſim. Præxiſ epifc. *v. abſolutio ad 7.*
- 34 A ſententijs latis ab homine non poſſunt confeſſarij abſoluere. Leo. X. *Ann. 1518.*
- 35 Tempore Iubilei excommunicatus ab homine, ſi parti ſatisfecerit, poterit abſolui, & communicare in diuinis in foro exteriori, ad effectum tantum confequendi Iubileum: & deinde reincidit in excommunicationem. Pius V. A. 1568. *in Decl. v. perpetua pro Iubileis, relata à Gutier. canon. queſt. l. 1. cap. 2. numer. 18.*
- 36 Qui facultatem generalem habent abſoluendi à cafibus referuatis, non poſſunt tamen in caſu aborti animati ſœuus procurati, effectu ſecuto, niſi per loci ordinarium fuerit ſpecialiter deputatus ex Greg. XIV. Prou. 7.
- 37 Abſolutio Medicorum, qui ægrotos inconfefſos viſitare perfeuerauerint, Epifcopo referuatur, niſi ſecus alicubi iudicetur. Prou. 7. *Vide Confeſſarius n. 20. 47. Regularium iura ſub epifcopis n. 75. 76. 79.*

Agni cerei.

- 1 Neminio vel auro inficiantur, sed albi deferantur Greg. xiiij. c. 1572.
- 2 Pœna imposita est excommunicationis ipso facto, non tamen est reservata Papa. *ibid.*
- 3 Neque venales proponantur sub eadem pœna. *ibid.*
- 4 Domi recondantur decenti loculo; à collo pendentes theca decenti includantur. Prou. 5.
- 5 Neque laici eos tangent, neque forcipe, neque chirotecis, sed Clerici in sacris. *ibid.*
- 6 Vnde non placet Sanch. *summ. mor. l. 2. c. 43. numero 27.* qui eos tangi à sœminis concedit.
- 7 Non gestentur in anulis, neque suspendantur e ramis arborum, neque projiciantur in agrum, sed eorum cera adoleatur ad suffumigationem contra tempestates. Prou. 5.

Alienatio rerum Ecclesiasticarum.

- 1 Dvo copulatiuè requiruntur, causa iusta in casu licito, & solemnitas legitima. Paul. II. in Bulla 1468.
- 2 Cause iuste sunt quatuor, necessitas, utilitas, incommoditas, pietas. Quar. v. alienatio. nu. 3. & ibi fusius, & optime.
- 3 Solemnitas legitima non est, inconsulto Papa. Paul. II. *supra.*
- 4 Assensu Apostolico præcedat contractum, & multo magis, traditionem rei. Quar. loco cit. n. 8. 9.
- 5 Prohibentur locationes, & conductiones ultra triennium. Paul. *supra.*
- 6 Item emphyteuses, quæ non sunt à iure permixtæ, neque de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, neque cum euidenti Ecclesiæ utilitate. Idem. *ibid.*
- 7 Item omne pactum, per quod dominium transfertur, concessio, hypotheca, infeudatio. Idem *ibid.*
- 8 Prohibita censetur permutatio etiam inter Ecclesiasticos. Barbof. de pot. Ep. ab. legat. 95. n. 57.
- 9 Prohibetur transactio, & compromissum de re Ecclesiæ incorporata. Quar. loco cit. n. 20.
- 10 Prohibetur impositio seruitutis, cessio

inrium, actionum, litis, & causæ. Idem loco cit. n. 21. 22.

- 11 Item alienatio mobilium prætorum. Idem n. 24.
- 12 Neque possunt pignori. Idem *ibid.* nu. 27.
- 13 Conceditur alienatio fructuum, & bonorum, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis existentia. Paul. *supra.*
- 14 Non prohibetur locatio ultra triennium, si adest consuetudo. Paris. conf. 98. lib. 4.
- 15 Non prohibentur bona confraternitatum, & locorum piorum sine Episcopi auctoritate fundatorum Barbof. allegat. 75. nu. 32. & Quar. nu. 28.
- 16 Non valet conditio dantis, vt alienari possit res data sine solemnitatibus. Quar. nu. 31.
- 17 Bona relicta Ecclesiæ incapaci, alienari possunt sine solemnitatibus. Idem nu. 32.
- 18 Arbores, solo coherentis prohibentur alienari. Idem n. 33.
- 19 De re nondum incorporata transactio fieri potest sine solemnitate. Barbof. alleg. 95. nu. 63. Quar. nu. 43.
- 20 Potest etiam repudiari legatum, vel hæreditas nondum incorporata Ecclesiæ. Barbof. nu. 52. Negant alij. *ibid.* nu. 54. & apud Quar. loco citato numero 23.
- 21 Duæ concessiones in emphyteusim sufficient, vt dicatur solitum concedi Quar. nu. 40.
- 22 Cap. Terrulas, non fuit derogatum à Paul. II. neque à Tridentino. decisum refert à Sac. Congregat. Quar. nu. 41.
- 23 Sed tria concurrant, rei exiguitas, inutilitas Ecclesiæ, & necessitas alienationis. *ibid.*
- 24 Explicatur cap. Terrulas, de valore scutorum 25. auri à Congregat. Episcop. 22. May 1601.
- 25 Summa necessitas, & celeritas negotij, quod non possit adiri Papa; potest excusare à solemnitatibus. Idem Quar. nu. 42.
- 26 Remissio caducitatis potest fieri à solo Pralato, seu rectore. Idem n. 44.
- 27 Pœna à Paulo II. sunt nullitas contractus, excommunicatio tam contra alienantes, quam recipientes; interdictus ingressus Ecclesiæ ipso iure quoad Pontifices, & Abbates, & post sex menses suspensio eo ipso à regimine; & priuatio,

- tio, ipso facto, illius beneficii, cuius bona sunt alienata. *in d. Bulla.*
- 28 Absolutio non est reservata. *ibid.* & *Quar. m. 49.*
- 29 Delegatus male consentiens alienationi, inferior Episcopo, est excommunicatus; Episcopus est suspensus ab executione officii per annum, & fit irregularitatis reus reservatae Papae, cum obligatione damni resarciendi. Pauli II. *A. 1465.*
- 30 Qui dolor, fraude, scienter in damnum Ecclesiae Decretum à delegato extorsit, incurrit excommunicationem Papae reservatam, & ad restitutionem damni dati tenetur. *Idem ibid.*
- 31 Potest Episcopus alienare, urgente summa necessitate pauperum, captiuorum redemptione, & Papa non potest adiri. *Barbosa d. alleg. 95. numero 58.*
- 32 Bona quaecumque iurisdictionalia ad Ecclesias interiores spectantia prohibentur inuestiri denuo, inconsulto Papa in scriptis. *Urban. VIII. A. 1625.**
- 33 Sub poenis Interdicti ab ingressu Ecclesiae, suspensionis, interdicti à diuinis, excommunicationis, priuationis dignitatum, beneficiorum, officiorum, vocis actiuae &c. respectiue contra varios delinquentes. *ibid.*
- 34 Regularibus omnibus interdicta est alienatio, inconsulta sede Apost. ab Urb. VIII. 1624. sub grauib. poenis. *ibid.**
- 35 Item iisdem prohibetur acceptio pecuniae ad cambium, vel mutuo, cum solutione lucri cessantis, & damni emergentis. *Congr. Conc. die 21. Marty 1626.*
- 36 Si contingat alienari bona, quae onus annexum habent perpetuum Missarum, in alia stabilia cum eiusdem oneris repetitione, & annexione conuertantur. *Congreg. Concil. de celebr. Miss. 21. Iunij 1625.*
- 37 Sub poena Interdicti ab ingressu Ecclesiae ipso facto incurrenda. *ibid.*
- 38 Non licet vendere stabilia pro fabrica Monasterij. *Congr. Epi. 12. Marty 1619.*
- 39 Neque vendere stabilia, ut ematur census, eadem *ibid.*
- 40 Neque alienari debet census pro solutione aeris alieni. eadem 19. *April. 1619.*
- 41 Neque potest alienari pecunia Ecclesiae deputata ad emenda immobilia. *Sylu. Alienatio. 7. § 8.*

42 Quae vero bona sunt difficilis recuperationis, seu incerta, vel incognita, alienari possunt sine solemnitate eo pacto, quod laicus emptor suis expensis, & periculo ea recuperet. *Nald. v. bona m. 9.*
v. bona ecclesiast. m. 1. 2. §. 6. 23. 25.

Altare.

- 1 **I**N consecrata Ecclesia non possunt erigi altaria, nisi de licentia Episcopi, neque destrui. *Sylu. Altare m. 2. in non consecrata possunt. Azor. p. 1. lib. 10. c. 27. quest. 6.*
- 2 Ne altaria construuntur, nisi cum censibus, qui satis sint ad sacerdotes, & clericos sustentandos eorum ministerio idoneos. *Prou. 7.*
- 3 Constructa dotentur, aut destruantur. *ibid.*
- 4 Quae sub diu sunt, neque septa, neque sepienda, demoliantur. *Prouinc. 1.*
- 5 Nullum foramen habeant Acta Mediol. *Eecl.*
- 6 Altaria portatilia debent esse capacia pedis calicis, & hostiae consecratae. *Sylu. loco cit. m. 1.*
- 7 Altaria maiora Parochialium Ecclesiarum consecrari debent. *Prouinc. 4.*
- 8 Et incidatur memoria consecrationis eorum in lapide. *ibid.*
- 9 Non sunt consecranda ea, sub quibus recondita sunt cadauera mortuorum. *Congr. Ep. 8. Nou. 1599.*
- 10 Possunt eodem die plura altaria consecrari. *Sylu. m. 4.*
- 11 Pro reliquijs ne ponatur corpus Christi. *Sylu. ibid.*
- 12 Reliquiae locandae in altari sint sanctorum ab Ecclesia approbatorum. *Congr. Ep. 13. sept. 1593.*
- 13 Si enormiter laedatur altare, aut sigillum reliquiarum frangatur, vel mota sit iunctura, qua mensa stipiti adharet, eget noua consecratione. *Barbos. de pot. Ep. alleg. 27. nu. 26.*
- 14 Execrata Ecclesia, non execratur Altare. *Sylu. loco cit. nu. 7.*
- 15 Polluta Ecclesia, polluitur Altare, & non potest ibi celebrari. *Idem nu. eodem.*
- 16 Umbraculum, conuenit appendi super altare, forma quadrata, nisi adsit ciborum ex lapide *Carem. Ep. loco cit.*

- 17 Tribus mappis vestiatur, vel altera ex duabus duplicata. *Miss. Rom. Rubr. 20.*
- 18 Et ijs benedictis, *ibid.*
- 19 Coronides lignæ circum altare prohibentur in Cerem. *Episcop. lib. 1. cap. 12.*
- 20 Collocetur in eo crux inter candelabra. *Miss. Rom. vbi supra.*
- 21 Etiam vbi asseruatur Eucharistia, Gauant. *in Thesaur. Sac. Rituum to. 1. par. 1. tit. 20.*
- 22 Et etiamsi in Icone pictus sit Crucifixus. *Idem ibid.*
- 23 Tabella secretorum in eo ponenda est. *Miss. Rom. supra.*
- 24 Nihil in eo omnino ponatur, quod ad Missæ sacrificium, vel altaris ornatum non pertineat. *Idem ibid.*
- 25 Tegantur altaria omnia telis stragulis. *Acta Med. Ecc.*
- 26 Mensuram altarium, graduum mapparum, & ornamentorum collegit, & describit Gauantus *loco citat. par. 5.*
- 27 Lampadem ardere cõuenit ante vnumquodque altare plures ante altare maius Cerem. *Ep. loco cit.*
- 28 Vbi celebrauit Episcopus proprius, ab alio nec celebretur ibi eodem die, sine licentia saltem tacita. *Conc. Antisiodor. cap. 10.*
- 29 A fortiore, vbi celebrauit Legatus, vel Papa Gauantus *loco cit.*
- 30 De Titulis Altarium, nisi sint in Calendario Romano, nullum recitatur Officium. *Con greg. Rit. 28. Augusti. 1628.*
- V. Ecclesia nu. 10. 29. 30. 31. 32. 33. sepultura nu. 6.*

A D D I T I O.

- 1 Altari de iure patronatus sine dote, paramenti &c. statuto breui termino dotentur, ornenturque à patronis, alioquin iure suo priuentur hi, & ea demoliantur. *congr. Episc. 16. 1. anuar. 1604.*
- 2 In Ecclesia non consecrata non est Altare consecrandum sine Papæ auctoritate. *Barboss. de iure Eccles. l. 2. c. 7. num. 12.*
- 3 Episcopo requisito bis, aut ter à Mendicantibus pro consecratione suorum Altarium, & renuente, possunt ij adire quemcunque Episcopum, ex concess. *Sixt. IV. quæ non est reuocata in Trid. Em. Rodr. in add. sum. to. 3. 19. num. 1.*

- 4 Sede vacante Episcopali potest vicinior Episcopus consecrare dicta Altaria. *Idem ibid.*

Alternatiua Beneficialis.

- 1 **A**lternatiuæ acceptatione recepta in datario in aliquo mense Apostolico, non incipit illius vsus, nisi toto mense peracto: secus, si in mense Ordinarij. *Barboss. de pot. Ep. alleg. 53. n. 38.*
- 2 Menses Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici ob absentiam Ordinarij, semper remanent Apostolici, licet ipse redeat de nouo. *Idem ibid.*
- 3 Menses Februarij, & Augusti, licet semel per absentiam Ordinarij sint facti Apostolici, desinunt esse Apostolici, redeunte Ord. ad Episcopatum. *Idem ibid.*
- 4 Menses Iunii, & Decembris, numquam sunt Apostolici, licet Ordinarius non resideat. *Idem ibid.*
- 5 Episcopus non residens in Diocesi non gaudet alternatiua. *Decisum refert Riccius in praxi decis. 540. in prima edit. vel resol. 462. in secunda.*
- 6 Neque item, si abest ex causa à Concilio approbata. *decisum à Papa refert Garc. de benef. par. 5. cap. 1. in addit. n. 463.*
- 7 Neque quando abest in obsequium summi Pontificis. *Congreg. Episc. 11. Sept. 1584.*

Anulus.

- 1 **A**nuli vsus in Missa prohibetur Protonotariis non participantibus, & Doctõribus. *Congregat. Rit. 11. Febr. 1623.*
- 2 Et Canonicis Cathedralium, eadem 20. *Novembr. 1628.* in quibus Dignitates intellige.
- 3 Ab Episcopo gestandus est in indice dextræ manus Steph. Duran. *lib. 2. de rit. cap. 9.*
- 4 Sed in Missæ celebratione in digito anulari eiusdem dextræ manus. *Cer. Episcop. lib. 1. cap. 7.*
- 5 In gemma nihil sculptum esse debet. *Durantes loco citat. & Prou. 3. de facta supell.*

ADDI.

Appellatio. Aqua benedicta. Archidiaconus. 9

ADDITIO.

AB Episcopo gestandus in indice dextre minus. *Isidor. Moscon. de maest. mil. eccl. lib. 1. par. 1. c. 8.*

Appellatio.

- 1 Reus appellans in criminalibus acta primæ instantiæ producat, sine quibus non procedat Iudex ad quem. Iudex autem à quo intra dies 30. exhibeat acta gratis; alioquin sine his terminetur causa. Conc. Trid. *sess. 14. cap. 3.*
- 2 Non habet locum appellatio elapso biennio, quando ob grauitatem causa, vel partium cauillationes, non sit definita causa à foro Episcopali. *decisum refert Fr. Leo in Thesaur. par. secund. cap. 1. num. 72.*
- 3 Inhibitio numquam fit Episcopis à Iudice ad quem, sub pœna excommunicat. Zerol. *v. Appellatio. ad septimum.*
- 4 Non admittitur appellatio, nisi in trib. casib. Concil. Trident. *sess. 24. capit. 20. de reformat.* Ita Greg. 13. *in constit. 24.*
- 5 In censuris, lata sententia cum afflictione cedulorum non impeditur per appellationem. Zerol. *loco cit. ad 14.*
- 6 Ad expensas actorum transferendorum tenetur appellans si per Notarium acta sint scripta. Trident. *sess. 24. cap. 20. fecus, si per Cancellarium Episcopi, de quo sess. 13. cap. 3.*
- 7 Extat Decretum de hac materia Sac. Congregat. Episcoporum 16. *Octobris 1600.* apud Quar. *supra num. 20.*
- 8 Et aliud item Congregat. Concilij de grauiamine indebitæ carcerationis quod ab eo appellari possit *Ibid.*
- 9 Plura de appellatione Quar. *v. Archiepiscopus à nu. 13. ad 21. v. de Vicarius Foranens num. 4. Vicarius Generalis num. 24. Visitatio circa canonicos excoꝛsatos num. 18. 19.*

Aqua benedicta.

EST certi ordinis eius benedictio: Vnde fieret irregularis, qui censuratus eam benedicere. *Sylu. num. quart. Aqua bened.*

- 2 Singulis Dominicis Missam Parochialem facturus aquam benedictam renouet, & aspergat populum. *Prou. 3.*
- 3 In die sancto Paschatis, & Pentecostis non benedicitur; sed aspergitur Clerus; & populus cum aqua pridie benedicta, & reseruata. *Missale Romanum.*
- 4 Non aspergatur Altare, in quo publice apparet Eucharistia. *Missale Ambrosianum. 1618.*
- 5 Asperio domorum fiat in Sabbato Sancto, & in Vigilia Natiui Domini pro more locorum. *Prou. 6.*
- 6 Neque ideo quidquam petatur, neque nutu exigatur. *ibid.*
- 7 Aqua non benedicta addita benedictæ in minori quantitate, quam benedicta, efficitur benedicta. *Sylu. loc. cit. n. 3.*

Archidiaconus.

- 1 **N**on tenetur esse Doctor, Magister, vel licentiatu nisi curam habeat animarum, vel annexam iurisdictionem. *decisum refert Garz. par. 7. cap. 7. num. 40. 41. & alij apud Barbof. de pot. ep. alleg. 60. num. 60.*
- 2 Duos habens Archidiaconatus dignitate pares poterit residere in quo sibi magis placuerit. *Decisum refert Garz. de benef. par. 3. cap. 2. nu. 85.*
- 3 Si aliter est dignior, tenetur in eo residere. *Decisum refertur ibid.*
- 4 Sede vacante per octo dies, qui datur pro creatione Vicarij capitularis, Archidiaconus est de iure Vicarius, donec electus fuerit capitularis Zerola *in praxi Episc. parte 1. Archid.*
- 5 Potest ratione Visitationis ei incumbens abesse ultra tres menses, & lucrati fructus, si dari consueuerint absentibus ex legitima causa: non tamen distributiones merè quotidianas. *Decisum refert Garz. d. cap. 2. num. 332. v. Visitatio inferiorum Episcopo num. 14. 7.*

ADDITIO.

- 1 Si est prima dignitas, debet facere officium presbyteri Assistentis, si est Sacerdos. *congr. Rit. 10. Ianuar. 1609.* & recusans est cogendus pœnis, & censuris. *ead. ibidem, & 28. Maij 1616.*
- 2 Non

- 2 Non potest assistere Episcopo in habitu praelatio, non choralis, licet sit Protonotarius. *ead. 6. Martyj 1610.*
- 3 Archidiaconus, qui substat baculum Episcopi, debet incensari post Diaconos assistentes. *ead. 28. April. 1607. quamuis sit primus. ead. 19. Ian. 1608.*
- 4 Dum est in Assistentia apud Episcopum, etiam extra Ecclesiam Cathedralis, censetur praesens in choro. *ead. 15. Martij 1608.*
- 5 Visitans iura suae praebende non amittit distributiones, decisum referunt DD. apud Barboss. de canonicis. cap. 5. nu. 15.
- 6 Visitans aliam Ecclesiam non suam in Diocesi amittit DD. *ibid.*
- 7 In funeribus cedit locum Archipraebiter deferenti stolam. *Congregat. Rit. 4. Maj 1613.*

Archiepiscopus.

- 1 Cedit Primati ubique. Lotter. de re benef. tit. 1. lib. 1. qu. 9. nu. 37.
- 2 Episcopus non ordinatus in ciuitate Metropolitana debet infra duos, vel tres menses accedere vel impeditus scribere ad suum Archiepiscopum. *Quar. V. Archiep. nu. 5.*
- 3 Absentia Episcopi est approbanda à Metropolitano *Ibid. ex Trid. sess. 6. cap. 3. sess. 21. cap. 1.*
- 4 Episcopo non residente sine causa potest applicare fructus Fabricae Ecclesiae, aut pauperibus loci, & crescente contumacia denunciare Papae. *Trid. sup. & Pius IV. Anno 1560.*
- 5 Potest suspendere, interdicere, & excommunicare Episcopum. *Quar. loco cit. nu. 8.*
- 6 Episcopum negligentem in eo quod facere debet, potest compellere. *ibid. & praesertim in erectione Seminarij, eiusque conseruatione. Trid. sess. 23. cap. 18.*
- 7 Est Ordinarius Iudex Episcoporum suae Prouinciae. *Quar. nu. 10.*
- 8 Est item iudex Vicariorum generalium Episcoporum. *Idem nu. 11. si delinquant in officio. ibid.*
- 9 Habet iurisdictionem in subditos suffraganei per appellationem in appellan-tem, & appellatum, illosque, qui se sponte offerunt liti super illa re, de qua est quaestio. *idem nu. 13.*
- 10 Non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, in ciuilibus, & criminalibus. *ibid.*
- 11 Potest absolvere ad cautelam à censuris aliquando. *Vide Quar. ibid. nu. 14. vbi fuse.*
- 12 Papa mandante Episcopo, id quod potestate ordinaria facere potest, non impeditur appellatio ad Metropolitanum. *Idem nu. 18.*
- 13 Et in casibus illis, in quibus ante Concil. Trident. tamquam Ordinarius poterat Episcopus iure, & potestate, quae traditur ei, etiam vii delegato Papae *sess. 24. cap. 10.* non potest declinare iurisdictionem Metropolitanij. *Decisum refertur in addit. ad Quar. ibid. nu. 18. lit. E.*
- 14 Quomodo procedat Archiepisc. in causa appellationis, fuse, & optime *Quar. loco cit. nu. 13. & seqq.*
- 15 Propter negligentiam Episcopi deuoluitur potestas ad Archiepiscopum. *Idem nu. 21. & in quibus ibid.*
- 16 Nisi episcopus sit exemptus. *Idem ibid.*
- 17 Idem dic de negligentia Capituli Sede vacante. *ibid.*
- 18 Potest deputare Vicarium Capitularem Ecclesiae suffraganeae vacanti, si infra octo dies à morte Episcopi non eligatur. *Trident. sess. 24. cap. 18.*
- 19 Ad querelam Episcopi tamquam delegatus Papae procedit contra Canonicos sui suffraganei cessantes à diuinis sine causa. *Quar. ibidem auctor. 23.*
- 20 Potest Archiepiscopus iniungere suffraganeis, vt per eorum Dioceses seruetur, quod seruetur in Diocesi, Metropolitana. *Idem nu. 7.*
- 21 In concernentibus totam Prouinciam potest exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum. *Idem nu. 23.*
- 22 Cum in Prouincia suam iurisdictionem exequitur, potest punire subditos suffraganei notorios iniuriantes sibi, nunciis, & familiae suae, *Idem ibid.*
- 23 Non potest concedere litteras dimissorias, neque exercere iurisdictionem fori contentiosi in subditos suffraganei, nisi in criminibus notoriis, & contra impediendes eius iurisdictionem. *Quar. auctor. 33.*
- 24 Potest mittere quaestores eleemosynarum

- zum per totam Prouinciam pro fabrica Ecclesie Metropolit. Idem *auctor.* 26. sed cum litteris exhortatorijs, non compulsorijs, que offerri debent suffraganeis. *ibid.*
- 25 Potest mittere edictum in casibus ad suam iurisdictionem pertinentibus, sed congruit scribere Episcopis, vt illud publicent. Idem *auctor.* 27.
- 26 Potest visitare Prouinciam, & procuracionem exigere, & eo casu absolueri pœnitentes, etiam à casibus Episcopo reseruatis, & à censuris, & dispensare in foro conscientie: sed causa cognita visitationis in Concil. Prouinciali Trident. *sess.* 24. *cap.* 3. & *Quar. auctor.* 33.
- 27 Potest in Visitatione cum subditis suffraganeorum vt facultate Trid. *sess.* 24. *cap.* 6. liceat. Doctores, apud Barbos. *de potest. Epis. alleg.* 39. *nu.* 19.
- 28 Non potest in visitatione Prouinciæ sine licentia Episcopi ordinare, chrismare, degradare, vel similia facere. *Quar. loco cit. auctor.* 30.
- 29 Neque circa subditum suum, neque in loco exempto. *ibid.*
- 30 Potest aliquibus prædicationis officium interdiceri. Idem *auctor.* 34.
- 31 Potest cum duobus antiquioribus suffraganeis in Prouincia erigere vnum, aut plura Collegia Seminarij, iuxta decretum Trid. *sess.* 23. *cap.* 18.
- 32 Potest compellere Abbates, & Prælatos regulares, negligentes, vt prædicatione Euangelij fiat in Ecclesijs Parochialibus, in nulla Diœcesi existentibus, intra suam Prouinciam. Trid. *sess.* 5. *cap.* 2.
- 33 Item conuocare Regulares, in cuius Prouincia Monasteria sub immed. Sedis Apost. protectione sita sunt, negligentes exequi Decretum Trid. *sess.* 25. *cap.* 8. *de regul.*
- 34 Non potest ante receptionem Pallij, licet sit consecratus, nominari Archiepiscopus, neque consecrari Episcopos, neque conuocare Concilium, neque Chrisma conficere, nec Ecclesias dedicare, neque Clericos ordinare. *Quar. v. Archiep. auctor.* 32.
- 35 Neque recipere prouentus Ecclesie. Idem *ibid.* in *Addition.*
- 36 Neque ante se Crucem deferre. *ibid.*
- 37 Recepto pallio, eo non potest vti, nisi diebus notatis in Cærem. *Episc. lib.* 1. *c.* 16.
- 38 Vti pallio potest, etiam in loco exempto. *Quar. auctor.* 32.
- 39 Et in Missa solemnè Pontificali tantum. *ibid.*
- 40 Honorificè Pallium debet asseruari, serico obuolutum, & in capsula intus, & extra pulehre ornata, vel serico obducta inclusum. Cærem. *ibid.*
- 41 Translatus Archiepiscopus ad aliam Ecclesiam non potest vti pallio primæ Ecclesie, neque Pallio sui prædecessoris, nec translari. *ibid.* si perdat, petatur aliud à Papa.
- 42 Neque in Ecclesia renuntiata potest vti etiam de consensu Archiepiscopi, vel suffraganeorum. Addit. ad *Quar. loco citato auctor.* 32.
- 43 Debet autem sepeliri cum eo, in Prouincia quidem circa humeros super planetam, extra vero, eo plicato, sub eius capite. Cærem. *Episc. loco citato.*
- 44 Potest ante se deferri facere Crucem per totam Prouinciam, etiam si locus sit exemptus. *Quar. auctor.* 28.
- 45 Nisi sit præsens Legatus Papæ, aut Cardinalis non Legatus. Cærem. *Episc. lib.* 1. *cap.* 4.
- 46 Archiepiscopus Titularis, vbi est tantum Episcopus, non potest deferre Crucem. *Congreg. Episc. 12. Decemb. 1595.*
- 47 Potest in tota Prouincia benedicere populo, etiam in loco exempto, & solemniter, & priuatim per viam. *Quar. auctor.* 29.
- 48 Imò, eodem præsentate, cessabit Episcopus suffraganeus à priuatis benedictionibus. Cærem. *Episc. lib.* 1. *cap.* 4.
- 49 Potest Indulgentias in tota Prouincia concedere, non in loco exempto. *Quar. auctor.* 3. *v. Indulgentia num.* 4. 13.
- 50 Potest diuina quoque officia in Pontificalibus celebrare, etiam in loco exempto. *Quar. auctor.* 30.
- 51 Et habere sedem pro celebratione in Pontificalibus in cornu Epistolæ, cum baldachino. Cærem. *Episc. lib.* 1. *cap.* 13.
- 52 Non cum Diaconis Assistentibus. Idem *ibid.* *cap.* 8.
- 53 Sed cum Diacono, Subdiacono, Assistente ex Canonicis: quia hi dantur coadiutori suffraganei à Sacra Rit. Congr. die 31. Ianuar. 1581. vt refert *Quaran.* in addit. *v. Archiep. num.* 11. ad 5.

- 54 Potest assistere Missæ solemnæ, sed sine circulis Canonorum suffraganei. Cœrem. Episc. l. 1. c. 21.
 55 Item omittuntur coram eo circuli canonicorum ante Episcopum. Idem *ibid.* cap. 21.
 56 Præsente Archiepiscopo proprio, ministrantes Episcopo, non genuflexi, sed inclinati ministrent. Cœrem. Episc. lib. 1. cap. 18.
 V. *Subsidium caritatum* num. 1.
 Vicarius Generalis num. 3. 34.

A D D I T I O.

- 1 Non desert crucem in visitatione Nunciij Apostolici *Cong. lit. 9. Mart. 1593.*
 2 Debet rogare Nuncium ut suo populo benedicat, qui hoc remittat deinde Archiepiscopo *ead. ibid.*
 3 Archiepiscopus translatus ad Episcopalem Ecclesiam potest retinere nomē, seu titulum Archiepiscopi, non crucem neque pallium. *ead. 16. Octob. 1604.*

Archiuum.

- 1 Tenentur Prælati facere Archiuum bonorum Ecclesiasticorum in suis Diœcesibus. Sixtus V. *Ann. 1587. relatus à Quarant. V. Archiuus.*
 2 Omnino in statu Ecclesiastico, Vrbe, & Bononia exceptis, Idem Anno 1588. *in Bullar.*
 3 Constituat in Cathedrali cum duabus clauibus, quarum altera penes Episcopum. Prou. 1.
 4 In Archiuo Episcopali locus constituitur, ubi causarum, & iudiciorum acta fori Episcopalis singulis annis confecta recordantur. Prou. 3.
 5 Duabus ille locus claudatur clauibus, altera apud Episcopum, altera apud Cancellarium *ibid.*
 6 Notario Instrumentorum: quæ confecit, exemplum suis sumptibus habere liceat. *ibid.*
 7 Notario mortuo, aut priuato officio suo, quæcumq; scripta confecit in eodem locum referantur: causa non finita, differri potest relatio *ibid.*
 8 Dein deo Episcopo, claus eiusdem detur Vicario Capituli. Prou. 2.

- 9 In Archiujs Capitulorum duo Canonici proficiantur cum diuersis clauibus, & ad biennium, ita tamen, ut alter tantum per vices mutetur, & nouus sit cum antiquiore. Prou. 3.
 10 Periculo suo asseruando recipiant per instrumentum, & successoribus scripta consignent coram Deputato à Capitulo. *ibid.*
 11 Inuentarium idè fiat in libro. *ibid.*
 12 Ea, quæ ad præbendas singulorum Canonorum atinent, in illud inferantur, vel saltem exempla authentica. *ibid.*
 13 Nec auferri, neque describi quidquam liceat sine consensu Capituli. *ibid.*
 14 Si concedatur exscribi, fiat in loco Archiuji, seu Capituli coram Præfectis Archiuji. *ibidem.*

A D D I T I O.

- In Archiuo Episcopali hæc asseruanda, ex Decreto. *s. Congr. Concl. Trid.*
 Processus & acta ciuilia, criminale, & mixta facta in foro Episcopali.
 Sententiæ in iisdem causis latae compositiones cum reis inquisitis.
 Præcepta, & Decreta quæcumque inter personas Ecclesiasticas, aut etiam laicas in causis spiritualibus, vel alijs ad forum Ecclesiæ pertinentes.
 Edicta cuiusvis generis.
 Statuta, & ordinationes Ecclesiarum.
 Mandata procuræ pro negotijs episcopalibus.
 Scripturæ mulctarum, & penarum.
 Item supplicationum, & Absolutionum.
 Acta synodi.
 Visitaciones Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum cum Decretis.
 Registra Bullarum Apostolicarum ad eandem curiam directarum.
 Collationes, & institutiones beneficiorum, eorumque concursus, & renunciaciones, ac permutaciones, & scripturæ omnes beneficiales.
 Instrumeta traditionis possessionis eorundem erectiones Parochialium, beneficiorum; capellaniarum, & fontis baptismalis.
 Acta cognitionum, canonizationum personarum, tam Ecclesiasticarum, quam laicarum, seu mixtarum.

Scripturæ concernentes executionem dispensationum matrimonialium, & aliarum litterarum Apostolicarum.

Remissiones denunciationum, diuortia, & alia scripturæ matrimoniales.

Explorationes voluntatum Nouitiarum, licentiæ profitendi, & alia huius generis scripturæ ad Moniales spectantes.

Interpositiones auctoritatis, & decreti in renunciatione nouitiorum, & alienationibus aliarum personarum fori.

Episcopalis, & instrumenta dotis monialium.

Licentiæ accedendi ad monialium Monasteria, aut in ea ingrediendi.

Scripturæ consecrationis Ecclesiarum, altarium, cœmeteriorum, campanarum, &c.

Item professionis Fidei.

Item visitationis liminum.

Scripturæ ordinationum, & collationis chrismatis.

Monitoria ad finem reuelationis.

Approbationes confessoriorum, & curatorum.

Dimissoria & commendatitia.

Licentiæ pro Parochis, canonicis, & alijs clericis abscedendi à Diœcesi cum litteris testimonialibus.

Erectionis seminarij.

Locationis in emphyteusim bonorū Episcopatus, feudaliū eiusdem mensæ, & aliorum beneficiorum.

Hæc ex litteris ad Episcopum Comensan.

18. Dec. 1626.

Adde inuentaria bonorum Ecclesiasticorum immobilium, & mobilium totius Diœcesis.

Astrologia.

1 Prohibetur iudiciaria, præterquam circa agriculturam, nauigationem, artem medicam. Sixtus V. A. 1585 Ordinarij arbitrio seuerius puniatur Astrologi iudicarij *ibid.*

2 Libri de eadem prohibentur retineri. *ibidem.*

3 Innouauit prædictam constitutionem Urbanus VIII. die 1. April. 1630.*

4 Addidit contra eos, qui de statu Reipublicæ Christianæ, vel Sedis Apostolicæ, seu de vita, & morte Papæ, eius-

que confanguineorum vsque ad 3. gradum inclusiue, consulunt Astrologos iudiciarios, &c. seu eorum iudicia etiam sibi oblata recipiunt, vel vtuntur, vel scienter retinent, vel alicui ostendunt. *ibidem.*

5 Item contra eosdem Astrologos, quia iudicia faciunt aut à se vel ab alijs facta scienter retinent, vel dant alicui seu ostendunt, aut de ijs quouis modo tractant. *ibid.*

6 Pœnas infligit excommunicationi lata sententiæ (non reseruata) vltimi supplicij, & Confiscationis bonorum Ecclesiasticis vero, excommunicationis prædictæ priuationis beneficiorum, officiorum, inhabilitatis prædictæ, priuationis, & vltimi supplicij *ibi* Episcopis, autem, & maioribus Prælatiſ eadē citra vltimum supplicium. *ibid.*

7 Et Ordinarij locorum etiam respectu vicinorum locorum exemptorum, item Inquisitores sunt Iudices in prædictis, extra Prouincias Sedi Apostolicæ subiectus. *ibid.*

Auditores Rotæ Romanæ.

Vide Exempti. num. 7. 8. Functiones Episcopales num. 25.

Baldachinum.

1 Poteſt Episcopus in Ecclesijs Regularium Pontificalia exercens erigere Baldachinum. Congreg. Ep. 10. Junij 1603. apud Quar. V. Priuil. Regularium.

2 Sinè auro ter in anno ad summum Pontificaliter celebrantibus Abbatibus Casinensibus concessit Sac. Congr. Rit. 29. Ianuar. 1628.*

3 Idem Monachis Oliuetanis, eadem 17. Martij 1629.

4 Idem pro Monasterijs tantum S. Trinitatis, & Sancti Pancratij ciuitatis Florentiæ. eadem 31. May 1629.

5 Idem pro Monasterijs Cœlestinorum. ead. 30. Junij 1629.

6 Marchiones locorum prohibentur vt Baldachino in Ecclesia. Congreg. Ep. 14. Ianuar. 1618.